

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XXXIV. TIT. I. De Alimentis Et Cibariis Legatis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

OBJ. Quod instrumenta æque sint principale, ac ipse fundus, *l. 1. h.*
 RESP. Sua natura id verum est, quia per se subsistere possunt, sed ex mente præsumta testatoris, & verbo *cum*, non videntur sine fundo legata.

Qv. II. *An, villae instrumento legato, supellex contineatur?*

AFFIRMATUR in *L. 61. §. 1. h.* NEGATUR in *L. 19. pr. h.*
 RESP. *Illæ de villa urbana vel mixta, hæc de rustica loquitur.*

Qv. III. *An, instrumento fundi legato, molæ manuariæ quoque contineantur?*

AFFIRMATUR in *L. 26. §. 1. h.* NEGATUR in *L. 18. §. 2. h.*
 RESP. Non est instrumentum fundi, *l. 18.* sed ædium, *l. 26.*

LIB. XXXIV. TIT. I.

DE ALIMENTIS ET CIBARIIS LEGATIS.

Qv. *An, alimentis legatis, etiam contineantur sumtus studiorum?*

NEGATUR: nam in legatis non receditur a proprietate verborum, *Laut. pag. L. 69. pr. de Leg. 3.* sub educatione paterna tamen continentur, si 520. verb. filius ad studia educatur; de quo casu loquuntur textus *obstantes.* *nec sumtus &c.*

OBJ. *L. 4. ubi pup. educ. deb. l. 12. de Adm. & peric. tut. l. 6. §. 5. de Carb. Edict.*

RESP. Non ibi dicitur, quod, legatis alimentis, sumtus studiorum legati intelligantur, sed quod officio tutorum contineantur; quod multo latius est, & quo continetur tota educatio instar paternæ, non sola alitio.

LIB. XXXIV. TIT. III.

DE LIBERATIONE LEGATA.

Qv. I. *An, liberatione legata, etiam jus in re remissum videatur?*

NEGATUR; (1) quia persona dicitur liberari, non res. Idque *Laut. pag. 521. verb.*
 (2) traditur in *L. 28. §. 4. h.* ubi, remissa actione tutelæ, non *hoc legata remissa to.*

